

afñcitate hujus vitæ. quæ quidem *stultitia* est, si nihil aliud vel potius sequitur; *Furor*, quum ridet, & fidit eis, quæ ad voluptatem commodè eveniunt: unde *kesil*. Sed hîc, quando ut divinum donum junguntur, *Sapientia* est in optimo proposito & moderato studio, *Scientia* est prudentia in rebus agendis ad bonum procurandum, incommodum declinandum; *Letitia* est aut grata fruitio rerum jucundarum de manu Dei (sine stulta profecutione) aut animi compositi tranquillitas.

ii. peccatori debilitationem in colligendo.

iii. quia Providentiâ Divinâ ab altero congesta devolvuntur ad eum, qui placet Deo. v. 26. Conf. Job. 27:17.

4. tempora & opportunitates, quæ variant ut statum, ita & studia hominum. Hoc

CAP.
II V I.

a. ponit in genere, v. 1. [*Semân* fixum descriptumque terminum; *yeth* commoditatem aptitudinemque rerum in tempore notat. *χρόνος* & *καιρός*. *Chéphez* voluptas vel voluntas, cum DEI pro sua sapientia ordinantis, ut cap. 5:7. tum hominis diverso gaudentis studio, ut liquet ab exemplis.] & in specie ostendit exem-
plis, v. 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8. Exempla sunt vulgaria, & nota ac clara. Tã-
tùm v. 5. *projicere lapides* est vile & molestum, suo tamen tempore oportuno; *colligere lapides* similiter vile est, sed in tempore utile. v. 6. tempus est servandi, ut pretiosa; tempus abjiciendi eadem, ut noxia.

v. 2. 3. 4.
5. 6. 7. 8.

b. refert ad thesin: inferendo; nihil majus labore effici posse, quàm quod opportunitate efficiatur. v. 9. *Quod est eximium perficientis, eò quod ipse laborat?* *τί πλεόν και θελαστότερον;*

v. 9.

c. illustrat

v. 10.

a. explicatione gubernationis Dei, quòd is dederit hominibus *πυλαι πωρίων*, qua debilitentur, v. 10. nimirum eò, quòd

1. faciat omnia pulchrè suo tempore: &

v. 11.

2. dederit in cor hominis tempus ignorabile, h. e. cupiditatem & curam longissimi ac incerti temporis. atque interim

3. negaverit ei repertionem eorum, quæ Deus facit, ab initio ad finem, h. e. in universum, penitùs, vers. 11. Conf. Act. 1:7.

v. 12.

β. cōclusionone ejus, quod bonum in illis temporibus atque oportunitatibus sit; nimirum id esse

B 3

& letari.